Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



hanc resinam habebat et iacob quam mitte
bat filio ioseph cum melle et terebinthonu
cibus thymiamate et stacte ismahelite
quoque quiemerunt ioseph de terra israel.
haec aegyptum deportabant thymiamata
et resinam de galaad et stacten. et ut mani
festius scire possimus quid sit frumentum
balsamum mel et oleum resinamque ad mercatum
ferre et yri audiamus domini uerba dicentis;
Nolite dare sanctum canibus neque margaritas
uras mittatis ante porcos; Mulier quoque
cananae quae pro filia peccabatur
dicens filia mea male a daemonio uexatur.
Respondit dominus. Non oportet tollere panem
filiorum et dare eum canibus sed quia exierat
de finibus tyri et sidonis et propinquabat
terrae israel. Idcirco quod rogauerat con
secuta est;
HB. Damascenus negotiator tuus. In multi
" tudine operum tuorum in copia diuersarum
" opum. In uino pingui in lanis coloris optimi;
LXX Damascus negotiator tuus in mul
" titudine operum tuorum ex multitudine